

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

243

974/ 09 / 09

Octavio e a súa muller fan unha carta de permuta co bispo Rosendo e os frades do mosteiro de San Vicente de Canedo, xunto á cidade de Ourense, pola que lles entregan unha quinta parte da súa terra en Abruciños, no territorio de Búbal, a cambio doutra terra de similares características.

TC, fols. 87r. - 87v.

Christus. In Dei nomine. Ego Octavio et uxor mea Spanubrida una cum filiis nostris. Placuit nobis atque convenit nullius cogentis imperio neque suadentis articulo sed propria nobis accessit voluntas, aut vobis domnus noster Rudesindus episcopus. Ego / Ovecco confessus et fratribus vestris abitantes vobiscum in monasterio Caneto vocabulo Sancti Vincenti levite, ut nos supranominati facimus vobis cartulam contramutationis de terra nostra propria quam abemus de avius vel de parentibus nostris. Damus vobis de ipsa terra V portionem, et iacet ipsa terra in territorio Bubalo in villa quam vocitant Ablucitios. Et damus vobis VI portionem in illas manzanares, quantum nos competet inter nostros germanos vel heredes. Et est ipsa terra et ipsas manzanares in loco predicto de casa de Piniolo, et inde per carral de vereda que discurrit ad Sancta Marinam usque in terminum de ipsa Sancta Marina, et de alia parte per carral qui discurrit pro ad domum Quintillani usque in vestra porta, pro qua accepimus de vos aliam terram similem talem et alias manzanares similes tales. Ita ut abeatis vos et omnis congregatio vestra abitantes vobiscum monasterio Cellenovense. Ita ut de odie die vel tempore ipsa terra et ipsas manzanares de iuri nostro et in vestro iuri vel dominio sint tradita atque confirmata. Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo contra hanc cartulam contramutationis venerit vel venerimus, quomodo pariemus ipsam hereditatem duplatam vel quantum ad vos fuerit meliorata.

Facta kartula contramutationis V^o ydus Setembris. Era MXII.

Octavio et uxor sua Spanubrida et filii nostris manus nostras roboravimus (signum).

Qui testes fuerunt, id sunt, Donadeo ts. Fromaricus ts. Ero ts. Romarigu ts.

Toedile ts scripsit et manus sua confirmavit Deo gratias, amen.

¹Notitia de casales de Caneto unde debent ad dare lenzos in die letanias de Maio id sunt, de casal de Pepi et de Exon lenzos IIIor, de Vistrario lenzo uno, de casal de Daniel lenzo uno, de casal de Nousti lenzos IIos, de patre de ripa lenzo I^o, de casal de agro maior lenzo I^o et bragal.

¹ Á parte do diploma, coma si fose un engadido posterior.